Thomae de Aquino

Super Ieremiam

Prooemium

Hic est fratrum amator, et populi Israel;
Hic est qui multum orat pro populo
et universa sancta civitas: Ieremias propheta Dei.
(II Mach. ult [15,14])

Verba ista sunt Oniae summi sacerdotis ad Judam Machabaeum, in visione Ieremiam commendantis. Ex quibus quatuor possunt accipi circa praesens opus quod prae manibus habetur; scilicet [1] auctor, [2] materia, [3] modus, et [4] utilitas.

[1] Circa auctorem tria designat praesens auctoritas; scilicet [1.1] officium, [1.2] affectum et [1.3] actum.

[1.1] In officio ostenditur prophetalis dignitas: unde dicit: "Ieremias propheta domini".

[1.2] In affectu fraterna caritas: unde dicit: "Hic est fratrum amator".

[1.3] In actu compassionis pietas: unde dicit: "Hic est qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate".

[1.1] Dicitur autem "propheta Dei" ad differentiam aliorum qui non sunt prophetae Dei. Sunt enim [a] quidam prophetae caeli, [b] quidam prophetae Diaboli, [c] quidam prophetae Dei.

[a] Prophetae caeli sunt qui ex figuris caeli in motibus siderum futura conjicere student; et de istis dicitur *Isa.* 47 [13]: "Stent, et salvent te augures caeli, qui contemplabantur sidera, et supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi".

Thomas von Aquin

Über Jeremia

Vorrede

Dies ist der Freund seiner Brüder und des Volkes Israel.
Dieser ist es, der viel für das Volk betet
und für die ganze heilige Stadt: Jeremia, der Prophet Gottes.
(2 Makk 15,14)

Diese Worte sind von Onias, dem Hohenpriester, an Judas Makkabaeus gerichtet. Er empfiehlt Jeremias, den er in einer Vision gesehen hatte. Ihnen läßt sich viererlei im Hinblick auf das vorliegende Werk entnehmen, das wir in Händen halten, nämlich [1] der Autor, [2] der Gegenstand, [3] die Redeweise [Form] und [4] der Nutzen.

[1] Im Hinblick auf den Autor bezeichnet die vorliegende Autorität dreierlei, nämlich [1.1] die Aufgabe [das Amt], [1.2] die Gemütsverfassung und [1.3] die Tätigkeit.

[1.1] In der Aufgabe zeigt sich die prophetische Würde; daher sagt er: „Jeremia, der Prophet der Herrn";

[1.2] in der Gemütsverfassung [zeigt sich] die brüderliche Liebe; daher sagt er: „Dies ist der Freund seiner Brüder";

[1.3] in der Tätigkeit des Mitleidens [zeigt sich] die Ehrfurcht; daher sagt er: „Dieser ist es, der viel für das Volk betet und für die ganze heilige Stadt."

[1.1] Es heißt aber „der Prophet Gottes" im Unterschied zu anderen, die nicht Propheten Gottes sind. Einige nämlich sind [a] Propheten des Himmels, [b] einige Propheten des Teufels, [c] einige Propheten Gottes.

[a] Propheten des Himmels sind jene, die darauf bedacht sind, aus der Gestalt des Himmels in der Bewegung der Gestirne Zukünftiges zu entnehmen. Von ihnen heißt es in *Jes* 47,13: „Die Himmelsdeuter sollen sich hinstellen und dich retten, die die Sterne betrachtet und den Neumond berechnet haben, damit sie dir aus ihnen ansagen, was geschehen wird."

Et ad hunc modum prophetiae reducitur omnis divinatio, quae fit per aliquas causas vel signa in rebus naturalibus inventa.

[b] Prophetae Diaboli sunt qui ex revelatione Daemonum aliqua futura cognoscunt, quae quidem, ut dicit Augustinus[1], ipsi Daemones cognoscunt experientia longi temporis, vel perspicacitate naturae, vel revelatione supernorum spirituum. Et de istis dicitur infra 2 [8]: "Prophetae prophetaverunt in Baal, et idola secuti sunt".

[c] Prophetae autem Dei sunt qui mediantibus Angelis, ut dicit Dionysius[2], de futuris a Deo illuminationem accipiunt. Unde Cassiodorus dicit, quod "prophetia est divina inspiratio rerum eventus immobili veritate denuntians".[3] Et ideo dicitur *Luc*. 1 […]: "Tu puer propheta altissimi vocaberis", et cetera.

[a] Prima prophetia contemnenda est, quia vana: non enim habet immobilem veritatem. Effectus enim recipiunt contingentiam a causis proximis, non necessitatem a causis primis. Et ideo dicitur infra 10 [2]: "A signis caeli nolite mettere".

[b] Secunda est fugienda omnino, quia deceptoria et perniciosa. *Zach*. 13: "Pseudoprophetas, et spiritum immundum auferam de terra".

[c] Tertia est sequenda et tenenda, quia illuminativa. 2 *Petr*. 1: "Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco".

Dicuntur autem isti sancti prophetae, prophetae Dei propter tria.

[i] Primo quia a Deo inspirati. *Ioel*. 2 [3,1]: "Effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiae vestrae". E contrario de falsis prophetis, qui per spiritum suum loquuntur, dicitur *Ezech*. 13 [3]: "Vae prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident".

[ii] Secundo quia a Deo missi. *Matth*. 23 [34]: "Ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et Scribas". *Isa*. 29 [48,16]: "Et nunc misit me Dominus, et spiritus eius".

[1] Vgl. Augustinus, *De Gen. ad litt*. XII 19 (PL 34,470).

[2] Vgl. Ps.-Dionysius Areopagita, *De caelesti hierarchia* IV § 3 (PG 3,180).

[3] Vgl. Cassiodor, *Expositio in Psalt*., super prol. (PL 70,12); *Glossa ordin*., Prothemata in Psalt. (III, 86E); *Glossa Lombardi*, Praefatio in Psalt. (PL 191,58).

Auf diese Art der Prophetie läßt sich alle Wahrsagerei zurückführen, die durch bestimmte Ursachen oder Zeichen geschieht, die sich in den Naturdingen finden läßt.

[b] Propheten des Teufels sind jene, die aufgrund von Offenbarung der Dämonen etwas Zukünftiges kennen, das ja, wie Augustinus sagt, die Dämonen selbst durch lange Erfahrung oder erkennen. Von ihnen heißt es unten: „Die Propheten haben durch Baal geweissagt und sind den Götzen gefolgt" (*Jer* 2,8).

[c] Propheten Gottes aber sind jene, die durch Vermittlung von Engeln über das Zukünftige von Gott eine Erleuchtung empfangen, wie Dionysius sagt. Daher sagt Cassiodor, daß „die Prophetie eine göttliche Eingebung ist, die den Ausgang der Dinge mit unwandelbarer Wahrheit ankündigt". Daher heißt es in *Lk* 1,76: „Du, Kind, wirst Prophet des Höchsten genannt werden" usw.

[a] Die erste Prophetie ist zu verabscheuen, denn sie ist vergeblich. Sie besitzt nämlich keinerlei unwandelbare Wahrheit. Die Wirkungen erhalten nämlich von den nächstliegenden Ursachen eine Zufälligkeit, jedoch keine Notwendigkeit von den ersten Ursachen. Und daher heißt es unten: „Vor den Zeichen des Himmels erschreckt nicht!" (*Jer* 10,2).

[b] Die zweite [Prophetie] ist vollkommen zu meiden, denn sie ist trügerisch und verderblich: „Falsche Propheten und unreinen Geist werde ich aus dem Land vertreiben" (*Sach* 13,2).

[c] Die dritte [Prophetie] aber ist zu befolgen und anzunehmen, denn sie bringt Erleuchtung: „Wir haben eine prophetische Rede, die noch sicherer ist, und ihr tut gut daran, sie zu beachten, denn sie ist eine Leuchte, die an einem finsteren Ort scheint" (2 *Petr* 1,19).

Es werden aber diese heiligen Propheten Propheten Gottes genannt aus einem dreifachen Grund.

[i] Erstens, weil sie von Gott inspiriert sind: „Ich werde von meinem Geist ausgießen über alles Fleisch, und eure Söhne und Töchter werden prophetisch reden" (*Joel* 3,1). Im Gegensatz dazu heißt es von den falschen Propheten, die durch ihren eigenen Geist reden, in *Ez* 13,3: „Wehe den törichten Propheten, die nur ihrem eigenen Geist folgen und nichts sehen."

[ii] Zweitens, weil sie von Gott gesandt sind: „Siehe, ich sende Propheten zu euch und Weise und Schriftgelehrte" (*Mt* 23,34). „Und nun hat mich der Herr und sein Geist gesandt" (*Jes* 48,16).

E contrario de falsis prophetis infra 23 [32]: “Non mittebam eos, et ipsi currebant; non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant”.

[iii] Tertio quia Deum testificati (*Act*. 10 [43]): “Huic omnes prophetae testimonium perhibent”, et cetera. *Isa*. 44 [8]: “Vos estis testes mei”.

[1.2] Affectus autem ostenditur fervens fraterna caritate: unde dicit: “Hic est fratrum amator”. Affectus autem prophetarum tripliciter variatur.

[a] Quidam enim sunt amatores lucri. *Isa*. 56: “Dormientes, et amantes somnia: et canes impudentissimi nescierunt saturitatem”, et cetera.

[b] Quidam amatores favoris humani, de quibus *Matth*. 23 [6]: “Amant primos recubitus in caenis”.

[c] Sed tertii sunt amatores populi, implentes illud Apostoli ad *Heb*. ult. [13,1]: “Caritas fraternitatis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite oblivisci”.

[a] Primi spoliabant divitiis. *Michaeae* 3 [5]: “Haec dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus, et praedicant pacem”. *Ezech*. 13 [19]: “Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei et fragmen panis, ut interficerent animas quae non moriuntur, et vivificarent animas quae non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis”.

[b] Secundi decipiebant blanditiis. *Ezech*. 22 [28]: “Prophetae eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana et divinantes eis mendacium”.

[c] Sed tertii instruebant veris doctrinis. Infra 3 [15]: “Dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina”.

[1.3] In actu autem ipsius, ostenditur pia compassio eius ad populum suum, ibi, “Hic est qui multum orat”. Est oratio eius multa, sive magna tripliciter.

[a] Primo altitudine contemplationis. Infra 18: “Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis“. In conspectu eius astare est per contemplationem praesto esse.

Im Gegensatz dazu heißt es von den falschen Propheten unten: „Ich habe sie nicht gesandt, und sie zogen umher; ich habe nicht zu ihnen gesprochen, und sie haben prophetisch gesprochen“ (23,32).

[iii] Drittens, weil sie Gott bezeugen: „Von ihm geben alle Propheten Zeugnis“ usw. (*Apg* 10,43). „Ihr werdet meine Zeugen sein“ (*Jes* 44,8).

[1.2] In seiner Gemütsverfassung aber wird er gezeigt als glühend von brüderlicher Liebe. Daher heißt es: „Dies ist der Freund seiner Brüder“. Die Gemütsverfassung der Propheten unterscheidet sich auf dreifache Weise.

[a] Einige nämlich lieben den Gewinn: „Schlafend liegen sie da, und lieben den Traum. Aber sie sind gierige Hunde und kennen keine Sattheit“ usw. (*Jes* 56,10).

[b] Einige lieben die Gunst der Menschen. Von ihnen heißt es in *Mt* 23,6: „Sie lieben die Ehrenplätze bei den Festmählern.“

[c] Die dritten aber lieben das Volk und erfüllen, wovon der Apostel in *Hebr* 13,1 spricht: „Die Bruderliebe soll unter euch bleiben, und vergeßt die Gastfreundschaft nicht.“

[a] Die ersten haben Reichtümer geraubt: „Dies spricht der Herr über die Propheten, die mein Volk verführen, die mit den Zähnen beißen und Frieden predigen“ (*Mi* 3,5). „Sie mißhandeln mein Volk wegen einer Hand voll Gerste und eines Bissens Brot, indem sie Seelen, die nicht sterben sollten, umbrachten und Seelen lebendig machten, die nicht lebten, und sie belogen mein Volk, das ihren Lügen glaubte“ (*Ez* 13,19).

[b] Die zweiten haben durch Schmeicheleien betrogen: „Seine Propheten überdeckten sie ohne Maß, indem sie Nichtiges schauten und ihnen Lüge wahrsagten“ (*Ez* 22,28).

[c] Die dritten aber haben in wahren Lehren unterwiesen: „Ich werde euch Hirten nach meinem Herzen geben, und sie werden euch weiden in Wissen und Lehre“ (*Jer* 3,15).

[1.3] In seiner Tätigkeit aber wird sein frommes Mitgefühl mit seinem Volk deutlich: „Dieser ist es, der viel betet“. Sein Gebet ist vielfach oder groß in dreifacher Hinsicht:

[a] Erstens aufgrund der Höhe der Beschauung: „Bedenke, daß ich vor deinem Angesicht stand, um zu ihren Gunsten zu sprechen und deinen Unmut von ihnen abzuwenden“ (*Jer* 18,21). Vor seinem Angesicht zu stehen, heißt durch die Beschauung zugegen sein.

[b] Secundo fuit magna ex magnitudine compassionis. *Thren*. 2 [11]: "Conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum".

[c] Tertio fuit magna assiduitate temporis, quia ante captionem, et post. Unde Iacobi ult. [5,16]: "Multum valet deprecatio iusti assidua".

Et haec tria, scilicet [1.1] prophetalis dignitas, [1.2] fraternalis caritas, et [1.3] compassionis pietas, necessaria sunt prophetae.

Cum ergo propheta constituatur quasi medius inter Deum et populum, sicut dicitur *Deut*. 5 [5]: "Ego sequester et medius fui inter Deum et vos": oportet quod per donum prophetiae coniungatur Deo, sicut dicitur *Sapien*. 7 [27]: "Per nationes in animas sanctas se transfert"; et per caritatis vinculum iungatur populo. *Ephes*. 4 [3]: "Soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis". Et sic orando causam populi referant ad Deum, et praedicando causam Dei ad populum.

Ex his autem tribus statim apparent alia tria.

[1.1] Ex officio enim patet [2] modus: procedit enim per similitudines et figuras, qui proprius modus prophetarum est. *Num*. 12 [6]: "Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, et per somnium loquar ad illum".

(1.2] Ex affectu patet utilitas: sicut enim dicitur *Eccli*. 6 16]: "Amicus fidelis medicamentum vitae et immortalitatis". Est enim finis bene vivere, et ad immortalitatis gloriam pervenire.

[4] Sed materia apparet ex actu: est enim materia secundum sensum historicum captivitas populi, quae compassionis orationem excitabat. Unde dicitur *Baruch* 3 [1]: "Anima in angustiis et spiritus anxius clamant ad te".

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

[b] Zweitens war sein Gebet groß aufgrund der Größe des Mitgefühls: „Verwirrt ist mein Inneres, und ausgegossen auf die Erde ist meine Leber" (*Klg* 2,11).

[c] Drittens war es groß aufgrund der Ausdauer, denn es begann vor der Gefangenschaft und dauerte [auch] danach an. Daher heißt es in *Jak* 5,16: „Viel vermag das inständige Gebet eines Gerechten."

Und diese drei Dinge, nämlich [1.1] die prophetische Würde, [1.2] die brüderliche Liebe und [1.3] das fromme Mitgefühl, sind für einen Propheten notwendig.

Weil also der Prophet gewissermaßen als Mittler zwischen Gott und dem Volk eingesetzt wird, wie es in *Dtn* 5,5 heißt: „Ich war Mittler und stand in der Mitte zwischen Gott und euch", daher ist es notwendig, daß er durch die Gabe der Prophetie mit Gott verbunden werde, wie es in *Weish* 7,27 heißt: „Von Geschlecht zu Geschlecht tritt sie in heilige Seelen ein", und durch das Band der Liebe mit dem Volk verbunden ist: „Bemüht euch darum, die Einheit des Geistes zu wahren im Band des Friedens" (*Eph* 4,3). Und so tragen sie betend die Sache des Volkes Gott vor und predigend die Sache Gottes dem Volk.

Aus diesen drei Dingen aber werden sogleich die anderen drei deutlich.

[1.1] Aus der Aufgabe nämlich geht [2] die Redeweise [Form] hervor: Denn er verwendet Vergleiche und Bilder, was die eigentümliche Redeweise der Propheten ist: „Wenn jemand unter euch ein Prophet des Herrn ist, werde ich ihm in einer Vision erscheinen, und im Traum rede ich zu ihm" (*Num* 12,6)

[1.2] Aus der Gemütsverfassung geht [3] der Nutzen hervor, wie es nämlich in *Sir* 6,16 heißt: „Ein treuer Freund ist ein Heilmittel zum Leben und zur Unsterblichkeit." Das Ziel ist nämlich, gut zu leben und zur Herrlichkeit der Unsterblichkeit zu gelangen.

[4] Der Gegenstand aber wird [1.3] aus dem Tun deutlich: der Gegenstand dem historischen Sinne nach ist nämlich die Gefangenschaft des Volkes, das sein Gebet des Mitgefühls hervorrief. Daher heißt es in *Bar* 3,1: „Eine Seele in Ängsten und ein Geist voll Kummer schreien zu dir."

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)